14479
III P

[redacted] Ant.
Minister Verbi Divini Votiva a-
clamatio.

PANEG. et VITAE
Polon. Fol.
№ 525.

VOTIVA ACCLAMATIO

Qua

EXCELLENTISSIMO
PERILLUSTRI, AC MAGNIFICO HERO
ET COMITI DOMINO,
DOMINO

FRANCISCO
ANTONIO
DE KWILCZ
KWILECKI

Terræ Wſchovenſis

14479 III

CAPITANEO DIGNISSIMO,
Domino ſuo Gratioſiſſimo,
Auſpicatum Ingreſſum in Capitaneatum
Anno MDCCLIIX. Die 12 Junii,
Splendidiſſimo Comitatu celebranti;
PUBLICOS INTER APPLAUSUS
Demiſſiſſime ſubjectiſſimeque congratulabatur
NOMINE COMMUNITATIS
Verbi Divini Miniſter.

BIBLIOTH: UNIV. JAGELLONICAE

LESNÆ, typis fraternis Sam. Theophili & Mich. Laurentii Preſſeri.



Dulce MAGNATUM tolerare leges,
Arma vicinos macerant ad unguem,
Et ſuo mittunt ſtrepitu furorem,
Cordibus ignem.

Ah labor triſtis! maledicta cura
Mutilant corpus capitis columnam,
Eſurit pauper, moriatur ergo,
Fame peribit.

Nunc datur verum vacuum videmus,
Non habet ſemen moriens colonus,
Civitas neſcit gemitura victum,
Damna laboris.

Seculum noſtrum quoque militare,
Jam fatigauit peditem quietum,
Mater infantes proprias habebit
Alere nequit.

Milites certant, via longa moles,
Ira crudelis comitatur hoſtes,
Quærit, inquirit populus cohortes,
Et modo vincit.

Facta miramur digiti Supremi,
Efficax fulcrum fidei potentis!
Sic juvat nobis DEVS hic benignus
Jura tuetur.

Incolæ noſtræ Regionis amplæ,
Eſtis in mundo reliqvi, beati!
Vivitis ſoli ſine Mortis umbra
Martis habena.

Cum DEVS donat, fugimus quærelas,
Pace, quem fruſtra cupiunt & optant
Singulæ mundi pene nationes.
Gratia chara!

Plaudimus, venit Generoſus Heros,
Qui nauem contra tumidas procellas
Dirigit prudens, homo natus undis
Merge ſuperbos.

Optime Princeps, rege nos fideles,
Dignitas tantum TUA prædicatur,
Hunc bonum Regnum DOMINUM creauit,
Gratulor inde.

Veritas lucet, ſequimur volentes,
Liberam debet Dominus tenere,
Nunc TIBI, nobis precor in ſalutem
Quæ Bona durant.

Mundus eſt mendax, caſa temporalis,
Nemo, quid nobis bene conſulendum,
Nemo ſcrutatur, miſeri docebunt
Resque relatæ.

Alteri munus, quod erat priori,
Triſte vix funus, cinis optimorum,
Stat patens idem ſpeculum theatri,
Sed novus Actor.

Scena mutatur, manet una nunqvam,
Unde vel virtus oculos revelat,
Vel tamen ſpectrum ſceleris videtur
Splendor honoris,

Scala, quam ſcandunt, fragilis ruinæ,
Ac habent alti dubitationem,
Neſciunt caſum faciles cadendi,
Laudo minores.

Interim nulli, niſi qui potentes,
Omne onus propter benefacta plura
Pauperi poſſent homini levare,
Si modo vellent.

Ciuitas credit Regimen benignum,
Noſtra ſpes, plenus bonitatis omnis,
Salve ſolamen lachrymis relicti,
Omnis amabit.

Fer malos conſtans patiens doloris,
Duc gregem, quæ non ſine TE manebit,
Ipſe commendo Captis favori
Membra tegenda.

Gratiæ VESTRÆ voveo ſalutem,
Ac Domum flexis genibus dicare,
Semper eſt nobis animus, probabis,
Recte gubernas.

Ultimus tandem benedictus eſſem,
Eſto Clementis DOMINI miniſter,
Servus indignus, famulatur Uni,
Servat & orat.

Quando teſtatur liber actionum,
Quando nos CHRISTUS pereunte mundo,
In Throno coram vocat inter hoſtes,
Judicat olim,

Dicimus læti: miſerere fratrum,
Parce, nunc juſtas animas videbis,
Fac tuum ſervum meritum beatum.
Gloria cœli!

Angelis nomen volumus fateri,
Id, quod electis manifeſta laudis,
Laudat oppreſſus dominationem
Omnibus æqvam.

BIBLIOTH. UNIV. JAGELLON.

J. XXII.14

Biblioteka Jagiellońska
stdr0025767